



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XIX. Die Ivlii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

I O A N N E S  
ORTVNIUS SCHOL.

Hisp. Salmaricæ,  
stat. 13.  
Soc. 9.

Obed.

**D**E hoc aiebat eius in tyrocinio magister magnus ille Balthasar Aluarez; nunquam se in anachoreta rum veterum virtis grandiora iis legisse quæ in Ioanne illo vidisset. Obedientia cæcæ insignia in illo exempla fuere; ut cum expectare iussus, sub di o persistit cælo asperrimo, niue cadente; persistitus totâ nocte, nisi repertus tandem, & auocatus fuisset. Iussus certæ hortuli parti tres sitalas quoti-

die aspergere, id præstitit etiam iis diebus quibus copiosus imber cadebat. Examinis particularis tanta illi cura, ut eum libellum etiam æger in lectulo secum habuerit, nec examen omiserit usque ad penultimum vitæ diæ. Cum à chirurgo lanienâ misera bili cruciaretur, & chirurgus & medicus heroicam in illo patientiam stu puere. Aiebat se non mettere mortem de Dei manibus venientem, nec dolore terreri. Opiniò est, per omnem vitam ab illo nihil commissum quod existimari posset esse mortale peccatum. Diem eius mortis nequid compri.

Examens  
partic.

Mors.

Mors.

XXIX. DIE IVLII.

P. I O A N N E S  
MANVEL.

29. Iulij His-  
panus To-  
leti. 1586.  
stat. 16.  
Soc. 34.

Charitas.

Præsentia  
Dei.  
Humil.

Mortific.

**P**reter scientiam, & mores Angelicos charitas in illo præstans eluxit. Toleti Domui professæ cum præcesset, neque nisi tres domi panes esse audiret, iussit tamen pauperi horatō panem flagitanti vnum ex illis dari. Vnâ ferè ante quām ad tricliniū cundi tempus esset horâ, venit ad portam cum panibus adolescens, & Accipe, inquit nostro cuiquam, panem hunc; nec enim habent quo vescantur. Rogatus adolescens, à quo esset missus; negauit id seiri debere; & abijit. Cujdam è sociis hæc in mandatis dedit, cum præcesset: Quoties mihi obuius fies, toties me admone ut Dei meminerim: Et vesperi quotidie mihi refer quid eo die in me quod emendari debeat notaueris; & me coarcte ut magister discipulum. Id quod quid accuratius præstabat is quæ id agere iusserat, eò Ioannes vberiores illi gratias referebat. Caninâ, quam

vocant, fame aliquando cruciatus, illam non nisi frusto panis cibarij, & aquâ mitigabar; neque medicinas maioris pretij admittebat vñquam, cum diceret; debere nos, debere hoc legibus nostris, ve verè pauperes & simus, & etiam videamur. Orādi assiduitas omne tempus quod necessariis occupationibus non dabatur, obtinebat. Vnde ad lāxanda orandi otia, vnâ horâ post alios cubitum concedebat, & ante alios vnâ horâ surgebat. Magnæ sibi utilitati esse experiebatur quoddam exercitium quo vt solebat quadrigariā 1. Omnia le in præsentis Dei oculis age re cogitabat. 2. quicquid videbat, vel audiebat, ad eum referebat. 3. E singulis introspectis inueniebat materiam de Deo cogitandi, & semper ac vbiique gratias ei agendi. 4. Deo præ senti omnia quæ aggrediebatur offerebat; & opere peracto eadem examinabat. Ex hoc hauiisse creditur etiam lumen ad futura quædam prædicta. Ferdinandi de Auila tunc infantis auia dixit se ad concionem di turum

Pauperiu.

Oratio.

Morit.

Tres. D.

Hisp.  
Lim.  
Iulij  
stat.  
Soc.

Examen  
partic.  
  
Mem.  
  
Morit.  
  
Humilit.  
  
Charit.  
  
Pauperatu.  
  
Oratio,  
Morit.  
  
Pref. Dic.  
  
Concio.

etrum quando Ferdinandus Neomysta primum ingressurus esset ad altare Dei, pro primo sacrificio celebrando: id quod euenit. Moriturus, totus in eliciendos diuini amoris, & contritionis actus incubuit. aiebat opportunum salutis querenda tempus esse sanitatem; in morbo animum aliis distineri, aliud esse loqui de morte absente, aliud illam iam imminentem opperiri, atque sentire. Mortui gloriam cuidam diuinitus manifestata ferunt. Quæ res magnam quâ Toleti celebrabatur opinionem confirmavit. Historia Societatis ait cum ægrè compulsum esse ut studia literarum prosequeretur, adeoque cupiuisse in humilibus Marthæ ministriis vitam exigere: præclarè diuina pro suggestu tractasse: cum laude tytonibus præfuisse: iracundam natum studio & compressione sui assiduâ ad immutabilem propè lenitatem perduxisse: honoratorum congregatum demissè vitasse: cupiuisse ad suum collegium mitti valetudinarios infirmosque; cùm diceret, per hoc opus charitatis, & orationes eorum, benedictionem cælestem descensuram in domum totam.

## P. BALTHASSAR PINNA.

Hispanus  
Lim. 29.  
Iulij 1611.  
Stat. 84.  
Soc. 61.

N<sup>o</sup>llius per omnem vitam latalis noxæ cōscientiæ reus fuisse creditur. Orandi vsu, ad concionem dicendi, regendique arte singulari præstatabat. id, quod videns quidam, pro Balthassare desperanter ægro in vita retinendo se obtulit Deo, impetravitque, ut morbus à Balthassare ad illum transierit. In Peruanam Provinciam appulit 50. annos natus, & ibi S. Vincentij Ferrerij, S. Bernardini, S. Pauli nomine ob concionum admirabilita-

tem honoratus est. Cùm & vita integritate, & linguae gratiâ excelleret. Fama fuit aues quoque sui securas ad eum aduolitasse atque manu ab eo missas abiisse. Cùm Collegia & Provinciam gubernaret, nihil verebatur disciplinam sartam tectamque valde velle in quolibet ac enixè curare, quippe integrerimi atque accuratissimi ad singulas leges exempli vir, eoque impavidus, ac animum procul à laxamentis, à commodis, ab elegantiis, ab humanis respectibus habens. Si quid in aliis dissimulanter neglexisset, in se ipso seuerè, ac publicè castigabat. Ægra quædam insigni virtutis nomine celebris dixit sibi voce quædam internâ dictum: *Felix P. Pinna, quia ut primum ex hac vita migrauerit, recto cursu in celum.*

Auct.

Superior.

## P. CLAVDIVS

### VIOLA.

C<sup>on</sup>tra Parisiensis Episcopatus adipiscendi spe posthabitâ, elegit abiectus esse in Domo Dei, fôdio perpetuo, & victoriâ persecutus, incredibilique martyrij, desiderio flagrâas, Audomari seruierat peste infectis: eoque munere iam per plures menses perfunctus, aderat ægro cuiam, qui stomacho indignante statim à percepto viatico, quod accepit, vomuerat percutit se Claudius, & haust quod ille reddiderat. Cùm Indiam impetrare non posset, martyrij desiderium in diram sui carnificinam convertit. Conclavi suo se abdens arundinem sumebat in manus, Christi patientis imitatione, coronâ quoque spineâ capiti impositâ: tum se fiduculis, mox virgis, deinde aculeis ferreis cruentabat, ita ut parietes quoque, ac pauimentum sanguine late respergeret. Ex arcane eius libello putant ali-

Gallus Bas-  
roduci 19.  
Iulij 1632.  
Humil.  
Charitas.

Victoria sua.  
Euch.

Mortificatio.  
Pass. Christi.

qui eum cælestibus etiam visis recreatum, Christi potissimum quem sanguinum sponsum vocat, & scepè in libello ponit hæc tria Iesu Maria sanguis.

87.

## XXX. DIE IVLII.

P. AVG VSTINVS P. PETR VS

DE VILLAZA.

Hispanus  
1614. die in-  
certo, in  
vrbe S Ia-  
cobi Prou.  
Chilensi.

A morte.

Sacram.

**M**agnâ animarum Deo queren-  
darum cupiditate peritiâ, ma-  
gnâ virtutis existimatione cele-  
bratus P. Augustinus præclarum de se,  
etiam post mortem, apud omnes opini-  
onem rem reliquit. Quâ incitatus  
Hispanus miles, cùm se à barbaris  
faucium, & humi iacentem sine villa-  
spe leuamenti videret, mortemque  
opperiretur (quippe breui conculcan-  
dus ab exercitu barbaro illac vbi ille  
iacebat transituro) P. Augustini licet  
vitâ tunc iam funeti, opem apud Deū  
implorauit, & P. Augustinum illicid  
sibi adesse, ac se ab illo pallio contra  
barbaros regi sibi videre visus est, do-  
nec dilapsis barbaris, ipse quoque vi-  
deri desit à milite vulnerato, & illius  
opere contra hostes, mortemque prote-  
cto. Quin & victoriam de barbaris  
tunt relata illi piâ quadam de illo  
existimatione, adscripsere Christiani  
victores. Hic est ille Augustinus que  
in Cuncorum Prouincia ad aras diuinis  
operantem aggressi barbari, effuso  
Christi sanguine, calicem ad combi-  
bendum adhibuere. Compactus in  
vincula P. Augustinus, disertè præ-  
dixit; illos tanti sacrilegij pœnas da-  
turos propediem, id quod euenit. Nam  
breui adfuit Ignatius della Carrera  
Chilensium Insularum Dux, & per-  
emptis barbaris qui sacrilegio illi in-  
terfuerant ferè trecentis, tum calicem,  
tum P. Augustinum illis eripuit.

HALLOIX.

**H**unc virum eximè commendat  
Insignis eruditio, nec minor in  
orando ac se ipso seuerius afflictingo  
assiduitas. De illo sic in annuis Gal-  
lo belgicæ: Natiua in illo elucebat  
imago prisca simplicitatis. Totis pri-  
mis decem in Societate annis alpe-  
rum à carne cilicum vix amouit, do-  
nec illud superioris iussu cum cinctu  
cilicino commutauit, quod tantâ de-  
inceps constantiâ per annos aliquot  
gestauit ut sub inde per annum totum  
illud nunquam deponeret. Iussu P. O-  
liuerij Manarei coactus & illud de-  
ponere, ob valetudinem, eius loco sub  
median noctem, ad orandum & se  
flagellis diuerberandum surgebat  
semper usque ad 70. annum etatis  
nam tunc attritæ vires illum ad alias  
mitiores se afflictandi exercitationes  
intuitauere. Humi ferè tantum, nec  
nisi 5. vel 4. horas dabat somno 11. ad  
præmium temporis redimendum 2. ad  
excutiendum torporem, acuendum  
que vigilanter ingenium somno hebes  
3. quia vigilare quædam cælestium  
spirituum in carne, imò ipsius Dei  
imitatio est. Nihil inchoabat inconsulito Deo: nec studere prius incipie-  
bat quā veni creator spiritus Eccl. pro-  
nunciasset id quod aliis etiam suade-  
bat: alias studia bonum aiebat exi-  
tutum non sortiri, nisi à Deo inchoata  
ad Deum referantur.

MAR.